Iſaias. Letare filia Ieruſalem quia ueniet lumē tuum & gloria domini ſuper te orta eſt: quia ecce tenebre operient terrā & caligo populos. ſuper te autē orietur lux & gloria domini in te videbitur & ambulabūt gentes in lumine tuo & Reges in ſplēdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & uide omnes iſti congregati ſunt. Venerūt tibi filii tui de longe uenient & filiæ tuæ de latere ſurgēt. Tūc uidebis & afflues & mirabit᷑ & dilatabit᷑ cor tuū qñ cōuerſa fuerit ad te multitudo maris fortitudo gentium uenerit tibi. Inundatio camelorū operiet te dromedarii madiā & effa. omnes de ſaba uenient aurum & thus deferentes & laudem domino nuntiantes.

Idem. In tempore illo deferetur munus domino exercituū a populo diuulſo a populo terribili.

Ps̄. Corā illo procedent æthyopes & inimici

eius terra ligent. Reges tarſis & inſulæ munera offerent: Reges Arabum & Saba dona adducent: & adorabũt eum om nes Reges omnes gentes ſeruient ei:

Ps̃. Et uiuet & dabitur ei de auro arabiæ & adorabũt eũ ſẽp tota die benedicẽt ei.

DE PRESENTAtione dñi in templo.

Malachias. Statim ueniet ad templum ſãctũ ſuũ dominator dominus quẽ uos quæritis & angelus teſtamenti quem uos uultis.

Ps̃. Suſcepimus deus miſericordiam tuam ĩ medio templi tui.

DE INTERITV ĩfantium p Herodẽ.

Ploratus & ululatus multus Rachel plorans filios ſuos & noluit conſolari: quia non ſunt.

DE REDITV Domini de Aegypto.

Hieremias. Reuertere uirgo iſrael ad ciuitates tuas defũcti ſunt.n.q q̃rebant aĩam pueri: ex Aegipto uocaui filiũ meũ.

DE PERPETVA uirginitate mr̃is dñi.

Ezechielis, Conuerti me ad uiam portæ ſanctuarii. exterioris quæ reſpiciebat ad orientem & erat clauſa & dixit ad me dominus porta

hec clauſa eſt:& non aperietur:& uir nō
tranſibit per eam.quoniā dominus īgreſ
ſus ē p eā & erit clauſa.

DE Diuinitate ī hūanitate eiꝰ abſcōdita

Ieremias. Homo ē & quis eū intelliget.

Ps̄. Quoniā tu es q extraxiſti me de uentre
ſpes mea ab uberibus mr̄is meæ ī te ꝓie-
ctus ſū ex utero.

Ps̄. Accedet homo ad cor altum & exaltabi
tur deus.

Ps̄. Virgam uirtutis tuæ emittet dominus ex
ſyon dominare ī medio inimicoꝝ tuoꝝ.

Ps̄. Ego aūt in uno gaudebo:exultabo ī deo
Ieſu meo.

DE ACCEPtatione & unctōne dn̄i.

Iſaias. Spiritus domini ſuper me propter quod
unxit me & miſit me euangelizare pau-
peribus prædicare captiuis remiſſionē &
cæcis uiſum.

Idē. Ecce ſeruus meus ſuſcipiā eum ellectus
meus cōplacuit ſibi in illa anima mea de
di ſpūm meū ſup eum iudicium gentiū
proferet.

Ps̄. Iurauit dominus & non pœnitebit eū:tu

es ſacerdos in æternum ſecundum ordi-
nem Melchiſedech.

Pſ. Ego autem cōſtitutus ſum Rex ab eo ſu
per ſyon montem ſāctum eius prædicās
præceptū domini.

Pſ. Dominus dixit ad me filius meus es tu
ego hodie genui te.

DE TENTAtōe domini p diabolum.

Zacharias. Vidi Ieſum ſacerdotē magnum et ſtabat
diabolus a dextris eius ut aduerſaretur
ei et dixit ad eū. imperet tibi deus diabo
le q redemit iſrael.

DE ADVENTV dñi in humilitate.

Iſaias. Dicite filiæ ſyon ecce Rex tuus uenit ti-
bi iuſtus et ſaluator paup ſedēs ſup aſinā

Idē. Propter ſyon non tacebo propter iſrael
non quieſcam donec egredietur ut ſplē-
dor eius & ſaluator eius ut lampas.

Idē. Leuauerunt ſpeculatores tui uocē ſuā ſi
mul laudabunt quia oculo ad oculum ui
debunt.

Idē. Et aſcendet ſicut uirgultum coram eo &
ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpeci
es ei neque decor & uidimus eum & nō

erat aſpectus eius & deſiderauimus eum deſpectum nouiſſimum uirorum uirũ dolorum & ſcientem infirmitatem & q̃ſi abſconditus uultus eius & deſpectu . unde nõ reputauimus eũ.

Idẽ. Dedi te in lucem gentiũ ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ: Reges uidebunt & conſurgent principes & adorabũt dominũ deũ tuũ & ſcũm iſrael q̃ elegit te.

Idẽ. Populus gentium qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis lux orta ẽ eis: paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis.

Idẽ. Dicite filiæ ſyon ecce ſaluator tuus uenit ecce merces eius cum eo & opus illius coram illo.

Idẽ. Surge illuminare Ieruſalem: quia uenit lumen tuum & gloria domini ſuper te orta eſt: quia ecce tenebræ operient terrã & caligo populos. ſuper te autem orietᷣ dominus & gloria eius in te uidebitᷣ.

Ieremias. Tibi peccauĩus expectatõ iſrael ſaluator

in tempore tribulatōnis. Quare futurus es: ſicut colonus in terram: & quaſi uiator declinans ad manēdum. quare futurus es quaſi uir uagus & qui non poteſt ſaluare. tu aūt in nobis es domine & nomē ſāctum tuū inuocatū eſt ſup nos ne derelinquas nos domine deus noſter.

Idē. Hic eſt deus noſter & non æſtimabitur alter ab eo qui inuenit omnem uiam prudentiæ & oſtendit eam Iacob puero ſuo & iſrael dilecto ſuo poſt hæc in terris uiſus eſt & cum hominibus conuerſatus ē.

Idē. Ecce dies uenient dicit dominus & uiſitabo Dauid germē iuſtū & hoc ē nomē quo uocabūt eū dominus iuſtus noſter illud dominus eſt tethagramaton.

Abacuc Loquere ſcribe uiſum aperte & explana eum ſuper tabulis ut percipiant qui legerint eum: quia adhuc uiſus procul apparebit in finem & non mentietur ſi morā fecerit expecta illum: qa ueniēs ueniet & non tardabit.

Zacharias. Lætare filia ſyon: iubila filia Ieruſalem: ecce Rex tuus uenit tibi pauper ſedens

ſuper aſinam & pullū eius ſubiugalem.

Ps̃. Ego autem ſū uermis & nō homo obrobrium hominū abiectio plebis.

Idē. Omnes uidentes me deriſerūt locuti ſūt labiis & mouerūt caput.

Ps̃. Propter ueritatē & manſuetudinē & iuſtitiam deducet te mirabiliť dextera tua.

Idem. Miſerere mei domine uide humilitatē meā de inimicis meis.

Ps̃. Egenus & pauper ſum deus adiuua me.

Ps̃. De torrente in uia bibit propterea exaltauit caput.

Ps̃. Vide humilitatem meā & erue me: qa legem tuā nō ſū oblitus.

Ps̃. Credidi ꝑꝑ ꝙ locutus ſū: ego aūt humiliatus ſum nimis.

Ps̃. Domine nō ē exaltatū cor meū: neqꝫ elati ſunt oculi mei: neque ambulaui in magnis neqꝫ ī mirabilibus ſuꝑ me.

Ps̃. Domine īclina cælos tuos & deſcēde tāge mōtes & fumigabūt.

DE POTESTATE DOMINI.

ANNA MAter Samuelis primo regū.

Dominus dabit impiū primo Regi ſuo et ſublimabit cornu chriſti ſui.

Micheas. Videbit et paſcet gregē ſuum ī ueritate domini et ī honorem noīs dei ſui.

Pš. Sedes tua deus ī ſæculū ſæculi uirga dire ctionis uirga regni tui.

DE DOCTIRNA dñi data diſcipulis.

Pš. Narrabo nomen tuū fratribus meis in medio eoꝝ laudabo te.

Pš. Vias meas annūtiaui et exaudiſti me do ce me iuſtificatōes tuas.

Idē. Vias mandatoꝝ tuoꝝ cucurri cū dilata‑ ſti cor meum.

DE CLARIFICATIONE domini.

Iſaias. Glorioſus erit inter uiros aſpectus eius & forma eius īter filios hominū.

Idē. Ecce ītelligite ſeruus meus exaltabit & eleuabitur & ſublimis erit ualde.

Idē. Ecce dominus noſter ī fortitudine bra‑ chii eius dominabit & merces eius cū & eo opus illius corā illo: ſicut paſtor gregē ſuū paſcet & ī brachio ſuo congregabit agnos.

Daniel. Aſpiciebā ī uiſu noctis & ecce ī nubibus

cæli quaſi filius hoĩs ueniebat & puenit uſque ad antiquũ dierũ & in conſpectu eius obtulerunt eum:& dedit ei poteſtatem & regnum & omnis populus tribus & linguæ ſeruient ei.

Pſ̃. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te: poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuã & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ.

Pſ̃. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem pp inimicos tuos ut deſtruas inimicũ & ultorẽ.

Idẽ. Præfulgorẽ ĩ coſpectu eiꝰ nubes trãſierũt

Pſ̃. Specioſus forma præ filiis hominum:diffuſa eſt gratia in labiis tuis ppea benedixit te deus ĩ æternũ.

Idẽ. Notũ fecit dominus ſalutare ſuũ ĩ cõſpectu gẽtiũ reuelauit iuſtitiã ſuam.

Idem. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem propterea unxit te deus: deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis.

Idẽ. Minuiſti eum paulominus ab ãgelis gloria & honore coronaſti eũ & cõſtituiſti eũ ſup opa manũ tuaꝝ.

DE MIRACVLIS DOMINI.

Iſaias· Ecce īqt dominꝰ noſter ipſe ueniet & ſal
uabit nos.tūc apient oculi cæcoꝝ aures
ſurdoꝝ audiēt.tūc ſaliet claudus q̄ſi cer
uus plana erit līgua mutorū.

Idē. Spūs dn̄i ſup me eo ꝙ miſit me ad ānūti
andū manſuetis ſalutē:miſit me cōſolari
tribulatos corde:prædicare captiuis re-
miſſionem & cæcis uiſū.

Idē. In illa die audient ſurdi uerba illius &
oculi caligine cæci uidebūt.

DE TRANSFIGVRATIONE.

Ps̄. Emitte lucem tuam & ueritatē tuam ipſa
me deduxerūt ī mōtem ſcūm tuū & ī ta
bernacula tua.

Ps̄. Cōfeſſionem & decorem īduiſti amictus
lumine ſicut ueſtimento.

DE FIGVRAtōe & īſtructōe ſacrificii

Salamō. Aaron extendit manus ſup altare & ob-
tulit ſanguinem uitæ īcenſum deo uiuo
& ſacrificiū de geminis terræ:ſicut Mel-
chiſedech & Abraam.

Idē. Sapientia Altiſſimi comunicauit ſacriſi
cium ſuū miſit uinum & paruit menſā

tunc miſit ſeruos dicens. quis eſt paruu-
lus ueniat ad me & inſipientes comedãt
panẽ meũ & bibãt uinũ meũ tẽpatũ aq̃.

Idẽ. Ego faciã dicit dominus deus uineã meã
flumina magna ad dandum potum po-
pulo meo electo: & Iacob nõ obediens &
tu iſrael nõ audiens es.

Moyſes leui-tici.xxx.iii. Offeretis deo de lauatis de archa & de ex-
preſſione vuæ & benedicet uobis do-
minus.

Leuitici. Homo d' ſemĩe Aaron q hẽt maculã nõ
offeret deo ſacrificiũ panis.

ĩ eodem. Quando intraueritis terram habitatiõis
ueſtræ quam daturus ſum uobis in hæ-
reditatem offeretis deo panes ĩ ſacrificio
de farina mundiſſima.

Regũ prĩo. capitulo. Non ſunt hic panes: niſi panes oblatio-
nis ĩ ſacrificio quos nõ cõueĩt comedere
pueris: qa ſanctus eſt.

Regũ.ii.ca. Tres iuuenes hauſerũt aquã de ciſterna
& Propheta obtulit ſacrificiũ deo.

Abacuc. In fortitudine panis & aquæ ambulauit
quadraginta diebus & q̃dragĩta noctibꝯ
uſq; mõtẽ dei.

Ps̃. Iurauit dominus & non pœnitebit eũ tu
es ſacerdos ĩ æternum ſecundum ordinẽ
Melchiſedech.

Ps̃. Petierunt & uenit coturnix:& pane cæ-
li ſaturauit eos.

Ps̃. Exortum eſt ĩ tenebris lumen rectis mi
ſericors & miſerator dominꝰ eſcã dedit
timentibus ſe.

Sapiẽtiæ. Cibauit illum dominus pane uitæ & ĩtel
lectus & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit
eum & firmabitur in illo & nõ flectetur
& continebit illũ & nõ cõfũdetur.

DE proditione ſeu uenditione Iudæ.

Amos.ii. Super iſrael tribus ſceleribus cõuertam
uel tranferam ſuper quartum non tranſ
feram eo ꝙ uendiderũt iuſtũ ꝓ argento.

Zacharias. Et appenderũt mercedem meã trigĩta ar
genteos & dixit dominus ad me ponite
illud in ſãctuarium quo apreciatus ſum
ab eis.

Ieremias. Peccatũ Iudæ ſcriptũ eſt ſtilo ferreo ĩ la-
pide adamantino.

Iſaias. Teſtis falſus non erit impunitus ꝓ eo ꝙ
uendidit pro argento iuſtũ.

Ps̃. Traditus ſum & nõ egrediedar.

Ps̃. Qui ædebat panes meos contra me leua bit calcaneũ ſuum.

DE CAPTIONE domini.

Sapiẽtiæ. Comprehendamus iuſtũ: quia inutilis ẽ nobis & contrarius operibus noſtris: im perat nobis præcepta legis & diffamat nos p̃ceptis diſciplinæ nr̃æ ꝑmittit ſcien tiã dei ſe habere & filium dei ſe facit.

Ieremias. Spiritus oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt pro peccatis noſtris.

DE FVGA DISCIpulorum.

Iob. Fratres mei receſſerũt a me & noti mei quaſi alieni præterierũt me.

Zacharias. Percutiã paſtorẽ & diſꝑgẽt oues gregis.

Ps̃. Longe feciſti notos meos a me poſuerũt me In abhominationem ſibi.

Ps̃. Elongaſti a me amicũ & proximũ & no tos meos a miſeria.

Ps̃. Omnes amici mei obliti ſũt mei & ego relictus ſũ iis q̃ q̃rũt animã meam.

Ps̃. Cõſiderabã ad dexterã & uidebã & non erat qui agnoſceret me.

DE IMPR operatõe & fremitu iudeoꝝ.

Ieremias. Promittit ſcientiā dei ſe habere & filium dei ſe facit.

Idē. Et præfert nouiſſima iuſtorū & gloriatᷓ patrem deū ſe habere.

Si enim eſt uerus filius dei ſuſcipiet eum & liberabit eum de manu contrariorum contumelia & tormēto interogemus eū ut ſciamus reuerentiā eius morte turpiſſima cōdemnemus eū.

Filius boceri. Mittamus lignum in panem eius & eradamus eū dꝫ terra uiuentiū.

Ieremias. præuaricatione præuaricata eſt in me domus iuda ait dominus negauerunt me & dixerūt nō eſt ipſe.

Idem. Reliqui domum meam facta ē mihi hæreditas mea quaſi leo ī ſilua dedit contra me uocem ſuam.

Idē. Sup quē apuiſtis os ueſtrum & aduerſus quē laxaſtis līguas ueſtras.

Ps̄. Sperauit in domino eripiat eū ſaluū faciat eū: quoniā uult eū.

Ps̄. Quare fremuerūt gētes & populi meditati ſunt inania.

Ps̄. Domine quid multiplicati ſunt qui

tribulant me multi īſurgūt aduerſū me multi dicūt aīæ meæ nō eſt ſalus ipſi in deo eius.

Ps̃. Linguis ſuis doloſe agebant iudica illos deus.

Ps̃. Ecce paruit īiuſtitiam concæpit dolorē: & peperit iniquitatem.

Ps̃. Cuius maledictione os plenum eſt amaritudine & dolo ſub lingua eius labor & dolor.

Pſalmus. Sepulchrum patēs guttur eorū līguis ſuis doloſe agebāt uenenum aſpidum ſub labiis eorū.

Ps̃. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt ueloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.

Ps̃. Aperuerūt ſup me os ſuū ſicut leo rabiēs & rugiens.

Ps̃. Quoniā circūdederunt me canes multi cōſiliū malignātiū obſedit me.

Ps̃. Aduerſu3 me ſuſurrabāt oēs inimici mei aduerſū me cogitabant mala mihi.

Ps̃. Quia dixerunt inimici mei mala mihi: Et qui cuſtodiebant animam meam

cõſiliũ fecerũt ĩ unũ.

Ps̃ Dicẽtes deus dereliq̃t eũ pſeq̃mini & cõ prehẽdite eũ: q̃a nõ ẽ q̃ eripiat.

DE FREMITV IVdeorum.

Ps̃. Inimici mei dixerũt mala mihi morieẽ & pibit nomen eius.

Ps̃. Multiplicati ſunt ſup capillos capitis qui oderũt me gratis.

Ps̃. Memor eſto huius inimicus ĩproperauit domino & populus ĩſipiens incitauit no men ſuum.

Ps̃. Me expectauerũt peccatores ut pderẽt me teſtimonia tua intellexi.

Ps̃. Acuerũt lĩguas ſuas ſicut ſerpẽtes: uene nũ aſpidũ ſub labiis eorꝝ.

Ps̃. Poſuerũt in cælũ os ſuũ & lĩgua eorꝝ trã ſiuit in terram.

DE VOLVNTARIA OBLATIO NE ET ACCESSV ad paſſionem.

Iſaias. Oblatus ẽ: q̃a ipſe uoluit & nõ apuit os ſuum.

Idẽ. Dominus deus apuit mihi aurẽ. ego aũt nõ cõtradico retrorſũ nõ abii: corpꝰ me ũ dedi pcutiẽtibꝰ & genas meas uelãtibꝰ

faciem meam non auerti ab increpanti-
bus & conſpuentibus ĩ me: dominus de
us auxiliator meus: & nõ ſum confuſus:
ideo poſui faciem meã ut petram duriſſi
mam & ſcio ꝙ nõ confũdar.

Idẽ. Et deſiderauimus eum deſpectum & no
uiſſimum uirorũ uirũ doloꝝ & ſcientem
ĩfirmitatem.

Idẽ. Vere langores noſtros ipſe tulit & dolo
res noſtros ipſe portauit & nos putaui-
mus eum quaſi leproſum & percuſſum
adeo & humiliatum. ipſe autem uulnera
tus ẽ propter iniquitates noſtras attritus
eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pa-
cis noſtræ ſuper eũ: & liuore eius ſanati
ſumus omnes nos quaſi oues errauimus
unuſquiſqꝫ ĩ uiã ſuam declinauit.

Hieremiæ. Domine demonſtraſti mihi & cognoui
tu oſtẽdiſti mihi ſtudia eorũ: et ego qua-
ſi agnus manſuetus qui portatur ad uicti
mam et cognoui: quia cogitauerunt ſuꝑ
me cõſilia dicentes mittamus lignum in
panem eius et eradamus eum de terra ui
uẽtiũ et nomẽ eius nõ memoreť ãplius.

Exultauit ut gigas ad currendam uiam a ſummo cælo egreſſio eius & occurſus eius uſq; ad ſūmū eius.

Ps̃. Tribulatio & anguſtia īuenerūt me mā data mea meditatio tua eſt.

Ps̃. Domine uim patior reſponde pro me & qd reſpondebit cū ipſe fecerim.

DE INIQVIS TESTIBVS.

Ps̃. Inſurrexerūt in me teſtes iniq & menti ta ē iniqtas ſibi.

Surgentes teſtes iniq quæ ignorabam in terogabant me.

DE FLAGELLIS & alapis domini.

Iob. Exprobrantes percuſſerunt maxillā meā ſaciati ſūt.

Ieremias. Dominus aperuit mihi aurem. ego autē non contradico: corpus meum dedi pcu tientibus & genas meas uelantibus faciē meā non auerti ab increpantibus & con ſpuentibus ī me.

Idē. Poſui ſcapulas meas ad flagella & maxil las meas ad alapas.

Idē. Dabit inqt pcutienti ſe maxillas ſatiabit obrobriis.

Iſaias. Sicut agnus corã tondente ſe nõ aperuit os ſuum.

Ps̃. Et fui flagellatus tota die caſtigatio mea ĩ matutinis. quoniã ego ad flagella paratus ſũ: & meditatõ mea ĩ conſpectu meo ſemper.

DE CORONA SPINEA.

Cãticoꝝ. Exite & uidete filiæ Ieruſalẽ regẽ ĩ corona q̃ coronauit eũ mater ſua

Ieremias. Spinis peccatoꝝ ſuoꝝ circũdedit me populus hic plantaui uineã electã expectaui ut faceret uuas & fecit ſpinas.

DE SVrrectõe regũ & potẽtũ cõtra dñ;

Ps̃. Aſtiterũt Reges terræ & prĩcipes conuenerũt ĩ unũ aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ eius.

Dirũpamus uĩcula eorũ & proiiciamus a nobis iugũ eorũ.

Ps̃. Circũdederũt me uituli multi: tauri pingues obſederũt me.

Aperuerũt ſup me os ſuũ ſicut leo rabiens & nõ rugiens.

Q̃m circundederunt me canes multi cõſilium malignãtiũ obſedit me.

Ps̃. Prĩcipes pſecuti ſũt me gratis & a uerbis tuis nõ formidauit cor meũ.

Ps̃. Quoniã alieni ĩſurrexerũt aduerſũ me & fortes q̃ſierũt aĩam meã & nõ ꝓpoſuerũt deũ ante cõſpectũ eoꝝ.

Ps̃. Eteni ſederũt prĩcipes & aduerſũ me loq̄bãt: ſeruus aũt tuus exercebať ĩ iuſtificatõibus tuis.

DE SILENTIo dñi tempore paſſionis.

Ieremias. Tacui & ſilui nunqd ſemp tacebo.

Iſaias. Obmuteſcit ſicut agnus corã tondẽte ſe & nõ aperiet os ſuum.

Idẽ. Non clamabit neq; audiet q̄s uocẽ eius ĩ plateis.

Ps̃. Poſui cuſtodiã ori meo cũ cõſiſteret peccator aduerſũ me.

Obmutui & humiliatus ſum & ſilui.

Obmutui & non aperui os meũ.

Ps̃. Anticipauerunt uigilias oculi mei turbatus ſum & non ſum locutus.

Ps̃. Et factus ſũ ſicut hõ nõ audiẽs & nõ habẽs in ore ſuo redargutiones.

Ego autẽ uelut ſurdus/nõ audiebam: & ſicut mutus nõ apiens os ſuũ.

DE ARVNDINE QVA PERCVSSVM FVIT caput domini.

Iſaias. Arũdinem cõquaſſatam conterẽt.

DE PILato Iudice.

Et ſi ĩgrediebaẽ ut uideret uana loquebatur: cor eius cõgregauit iniquitatem ſibi. Egrediebaẽ foras & loquebaẽ ĩ idipſũ.

DE REPVLſione pretii domini.

Pſ. Veruntamen pretiũ meũ cogitauerunt repellere.

DE DIVISIOne veſtimentorum.

Pſ. Partiti ſũt ſibi ueſtimẽta mea & ſup ueſtẽ meã miſerũt ſortem.

DE PORTatione crucis.

Iſaias. Et factus eſt prĩcipatus eius ſuper humerum eius.

Iacob. Portans ligna figurauit Chriſtũ ferentẽ crucem.

DE CRVCIfixione ſeu paſſione dñi.

Iſaias. Quaſi ouis ad occiſionẽ ductus ẽ & ſicut agnus corã tõdẽte ſe nõ aperuit os ſuuꝫ.

Idẽ. Quis eſt iſte qui uenit de edon tinctis ueſtibus de boſra iſte formoſus in ſtola ſua.

Idē. Occidetur Chriſtus.

Idē. Pro eo qd' tradidit animam ſuam in mortem.

Idem. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum.

Abacuc. Cornua ī manibus eius ibi abſcōdita eſt fortitudo eius.

Ieremias. Torcular calcaui ſolus & de gētibus nō eſt uir mecum.

Foderūt manus meas & pedes meos & diminuerūt oīa oſſa mea.

Idē. Reliq domū meā diuiſi hæreditatē meā tradidi animam meam in manu inimicorum eius.

Idē. Morte turpiſſima cōdemnemus eum.

Zacharias. Vos me configiſtis & dixiſtis ī quo confugimus te: uos me cōfigiſtis gens tota.

Idē. Aſpexerūt in me die illa quem tranſfixerunt & plangent eū. quaſi planctu unigeniti & dolebunt ſuper eū: ut dolere ſolēt ī morte primogeniti.

Iob. Poſuit me quaſi ſignū circundedit me lanceis ſuis.

Ps. Qui docet manus meas ad p̄liū: poſuiſti

ut arcum æneũ brachia mea.

Ps̃. Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Impinguaſti oleo caput meum & calix meus ĩebrians q̃ præclarus ẽ

Ps̃. Caſtigãs caſtigauit me dominus & morti nõ tradidit me.

Ps̃. Expãdi manus meas ad te aĩa mea: ſicut terra ſine aqua tibi.

Ps̃. Calicẽ ſalutaris accipiã & nomen domini in uocabo.

Ps̃. Cõſiderabã ad dexterã & uidebã & non erat qui agnoſceret me.

Ps̃. Vulnerauerũt ĩ cõpedibus pedes eius. Ferrũ ptrãſiit animam & uerbum eius.

Propheta. Erit uita mea pẽdens ante oculos tuos.

Ps̃. Eleuatio manuũ mearum ſacrificium ueſpertinum.

Ps̃. Quia eleuans aliſiſti me.

Ps̃. Dominus regnauit a ligno.

DE CRVCIFISSIone inter latrones.

Iſaias. Et cũ iniquis deputatus eſt.

Abacuc. In medio duoꝝ animaliũ cognoſcetis eũ

DE PLAGIS DOMINI.

Zacharias. Quæ ſunt plage iſtæ in manibus tuis &

dicet his plagatus ſum in medio domus meæ inter eos q̃ diligebant me & leuauit paſtor meus calcaneũ cõtra me.

Idẽ. Videbũt in quẽ trãſfixerunt.

Ieremias. Tendit arcum ſuũ & poſuit me quaſi ſignũ ad ſagittandũ.

Iob. Cum uulnerauit lũbos meos cecidit me uulnere ſup uulnus.

Ps̃. Foderũt manus meas & pedes meos & diminuerũt oĩa oſſa.

Ps̃. Sup dolorẽ uulnerũ meorũ addiderunt dolorem.

DE TITVLI inſcriptione.

Ne deleueris tituli ĩſcriptionem.

DE LATRONE ſaluato.

Ps̃. Adiuua me & ſaluus ero & meditabor ĩ mandatis tuis ſemper.

DE ORATIONE dñi p peccatoribꝰ.

Iſaias. Ipſe peccata multoꝝ tulit & pro trãſgreſſoribus orauit ut nõ perirent.

Abacuc. Cum cõturbata fuerit aĩa mea ĩ ira meã miſericordiæ meæ memor ero.

Ps̃. Pro eo inqt q̃ eos diligebam aduerſabantur mihi: ego aũt orabam p eis.

Iſaias. Deponēs omnes iniquitates orabat pro peccatoribus.

Idē. Circunſpexi & nō erat auxiliator quæſiui & nō fuit q iuuaret.

DE POTATIONE FELLIS ET ACETI.

Moyſes. Vua eorū vua fellis.

Ps. Ego te plantaui uinea mea & tu facta es mihi ī amaritudinem.

Ps. Et dederūt in eſcā meā fel & in ſiti mea potauerūt me aceto.

DE MAGNA VOCE DOMINI IN CRVCE.

Ps. Voce mea ad dominum clamaui & exaudiuit me de monte ſancto eius.

Ps. Cum inuocarem exaudiuit me deus iuſtitiæ meæ in tribulatione mea dilataſti mihi: miſerere mei & exaudi orationē meam.

Ps. Iſte pauper clamauit & dominus exaudiuit eū & ex omnibus tribulationibus liberauit eum.

Ps. Laboraui clamans raucæ factæ ſunt fauces meæ.

Ps̃. Clamauit ad me & ego exaudiam eum cum ipſo ſum in tribulatione eripiã eũ & glorificabo eum.

Ps̃. Cuſtodi aĩam meã quoniã ſãctus ſũ ſal-uum fac ſeruũ tuum ſperantem in te.

Ps̃. Ego clamaui quoniam exaudiſti me in-clina aurẽ tuam & exaudi verba mea.

DE OBSCuratione ſolis in plenilunio.

Occidet uobis ſol in meridie & tenebre-ſcere faciam terram ĩ die luminis.

Ieremias. Exterrita eſt ĩquit q̃ pturit Ieruſalem & afflicta eſt aĩa eius occidit enĩ ſol cum ad huc medius dies eſſet.

DE TERREMOTV ĩ morte dñi.

Ps̃ Commota eſt & contremuit terrã fun-damenta montium conturbata & cõmo ta ſũt: quoniam iratus eſt eis.

DE TEMPORE mortis domini.

Poſt ſeptuaginta duas ebdomadas occi-detur Chriſtus.

DE MORTE DOMINI.

Ego dormiui & ſoporatus ſum.

Ps̃. In pace ĩ idipſũ dormiam & requeſcam: quoniam tu domine ſingulariter in ſpe

conſtituiſti me. Quoniam quē pfeciſti deſtruxerūt.

Pſ. Si ambulauero in medio umbræ mortis nō timebo. quoniam tu mecū es.

Pſ. Impulſus euerſus ſū: ut caderē & domi nus ſuſcepit me.

Pſ. Non uidebit interitum cum uiderit ſapi entes morientes ſimul inſipiens & ſtultꝯ peribunt.

Pſ. Accedet homo ad cor altum & exaltabi tur deus.

Pſ. Si dedero oculis meis ſomnū & palpebris meis dormitationem.

Pſ. In pace in idipſū dormiam & requieſcā quoniam tu domine ſingulariter in ſpe cōſtituiſti me.

DE HORA mortis domini.

Ad ueſperū demorabit̃ fletus eius.

DE MORTE DOMINI PROPTER peccata noſtra.

Iſaias. Propter ſcelus populi mei pcuſſi ipſū.

Idē. Eo ꝙ iniqtatem non fecit nec inuētus ē dolus ĩ ore eius & dominus uoluit conte rere eū in infirmitate.

Ipſe peccata multorum tulit & pro traſgreſſo
ribus orauit ut nõ perirent.

Idē. Si poſuerit pro peccato animã ſuã uide-
bit ſemen lõgeuũ & uoluntas domini in
manu eius dirigetur.

Idē. Vere langores noſtros ipſe tulit & dolo
res noſtros ipſe portauit & nos putauĩus
eum: quaſi leproſum & percuſſũ adeo &
uulneratum: ipſe autem uulneratus eſt
propter iniquitates noſtras. Attritus eſt
propter ſcelera noſtra diſciplina pacis
noſtræ ſuper eũ & liuore eius ſanati ſu-
mus omnes nos quaſi oues errauimus
unuſquiſque in uiam ſuam declinauit & do
minus poſuit in eo omnem iniquitatem
noſtram.

Ps̃. Quouſque irruitis ĩ hominē & ĩterficitis
uniuerſi uos.

Ps̃. Circundederunt me dolores mortis pe-
ricula inferni inuenerunt me. Tribulati
onem & dolorem inueni & nomen do-
mini inuocaui.

Ps̃. Cõfortati ſũt qui pſecuti ſunt me ĩiuſte q̃
nõ rapui tũc exſoluebam.

Ps̃. Tu aũt eruiſti animã meã ut nõ periret: poſuiſti poſt tergũ tuũ oĩa peccata mea.

Ps̃. Quia nõ ĩfernus cõfitebit̃ tibi neq; mors laudabit te: nec expectabũt q deſcẽdẽt in lacũ ueritatẽ tuam.

Ps̃. Recubãs dormiuit ut leo & ut catulus leonis ſaluos nos faciet domini exitus & domini mors.

Ps̃. Præciſa eſt uelut a texẽte uita mea dum adhuc ordirem ſuccidit me d' mane uſq; ad ueſperam.

DE NON FRACTIS OSSIBVS.

Geneſis. Os nõ comminuetis ex eo.

Ps̃. Cuſtodit dominus oĩa oſſa eorũ: unũ ex his nõ conteretur.

DE PERCVSſione lateris & fluxu aq̃.

Ps̃. Dirupit petrã & fluxerũt aquæ abierũt ĩ ſicco flumina.

DE SEPVLTVRA.

Ieremias. Poſuerunt lapidem ſuper me.

Idẽ. Cõcluſit uias meas lapidibus q̃dratis hædificauit aduerſus me ut nõ egrediar.

Ps̃. Collocauit me ĩ obſcuris: ſicut mortuos ſæculi anxiatus ẽ ĩ me ſpiritus meus ĩ me

turbatum eſt cor meum.

DE ADOratione demũ ſepulchri dñi.

Iſaias. In illa die erit radix Ieſæ que ſtat ĩ ſignũ populorum.

Ipſum gentes deprecabunť & erit ſepulchrũ eius glorioſũ.

Ieremias. In ſepultura eius reuiuiſcent mortui.

Ps̃. Introibimus in tabernaculũ eius adorabimus ubi ſteterũt pedes eius.

DE REDEMPTIONE NOSTRA IN MOrte ſeu in ſanguine domini.

FIGVRA VETEris teſtamenti uidelicet ꝙ q mundari uolebãt a peccatis aſpgebanť ſanguine.

Zachariaas. Tu quoq; ĩ ſanguine teſtamẽti tui redemiſti uinctos de lacu in quo nõ ẽ aqua.

Idẽ. Cũ egredieť uir ab oriente:ecce aquæ redundãtes a latere eius dextro.

Ps̃. Flumina aquæ uiuẽtis egrediebãtur dẽ uẽtre illius.

Ps̃. Deus aũt Rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutẽ ĩ medio terræ.

Ps̃. Redemptõnem miſit populo ſuo mãdauit ĩ æternũ teſtamẽtũ ſuum.

FIGVRA VETERIS TESTAMēti.

DE SERPENte æneo eleuato ī quo qui aſpiciebāt ſalui fiebāt.

Iſaias . Et uocabūt eū populus ſāctus redemptꝰ a domino deo noſtro.

Spiritus domini ſup me eo ꝙ unxit me ad annūtiādū miſit me manſuetus miſit me ut mederer cōtritis corde & prædicarem captiuis indulgentiam: & clauſis ap tionē ut prædicarē animū placabilē domino & diē ultionis deo noſtro: ut cōſolarer omnes lugentes & ponerē fortitudinē lugentiū ſyon: & darē eis coronam ꝓ cinere oleū gaudii: ꝓ luctu paliū laudis ꝓ ſpū mœroris.

DE DESCENSIONE ad inferos & liberatōe parentū.

Penetrabo omnes īferiores ptes terræ & aſpiciā oēs dormiētes ī deum & illuminabo oēs ſperātes ero mors tua: o mors ero morſus tuus īfernæ.

Oſeas. De manu inqt mortis liberabo eos & de morte redimam eos.

Idē. Ego inquit capiā uadā & tollam & non

eſt qui eruat: uadens reuertar ad locum meum.

Ps̃. Attollite portas pricipes ueſtras & eleuamini portæ æternales & ĩtroibit rex gloriæ. qs ẽ iſte Rex gloriæ. Dominus fortis & potens dominus potẽs ĩ prœlio. Attollite portas prĩcipes ueſtras & eleuamini portæ æternales & ĩtroibit rex gloriæ Quis ẽ iſte Rex gloriæ dominus uirtutũ ipſe ẽ Rex gloriæ.

Ego dixi in medio dierũ meoꝝ uadã ad portas inferni.

Ps̃. Vita mea ĩ ĩferno appropĩquauit exiſtĩatus ſũ cũ deſcẽdi ĩ lacũ fcũs ſũ ſicut hõ.

DE RESVRrectione domini.

Cãticoꝝ. Cõſurge cõſurge brachiũ domini. Recubãs dormiuit ut leo & ut catulus leonis qs ſuſcitauit eũ.

Ieremias. Quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum ĩ uita & ſomnus mens dulcis mihi.

Iſaias. Exurgã nũc dicit dominus: nũc exaltabor nũc ſublimabor.

Ps̃. Ego dormiui & ſoporatus ſũ & reſurrexi quoniã dominus ſuſcepit me.

Ps̃. Qui exaltas me de portis mortis: ut annuntiẽ oẽs laudes tuas ĩ portis filiæ ſyon pp miſiam inopũ & gemitũ pauperꝶ nũc exurgã dicit dominus.

Ps̃. Propter hoc lætatum eſt cor meũ & lingua mea exultauit: quoniam caro mea requieſcet in ſpe: domine nõ dereliquas aĩam meam ĩ inferno: nec dabis ſcũm tuum uidere corruptõem.

Ps̃. Nũc cognoui quoniã ſaluũ faciet dominus Chriſtũ ſuum exaudiet illũ de cælo ſuo ĩ poteſtatibus ſalus dexteræ eius.

Ps̃. Vitã petiit a te & tribuiſti ei lõgitudinẽ dierũ ĩ ſæculũ ſæculi.

Ps̃. Non moriar ſed uiuã & narrabo opera domini.

Ps̃. Eruiſti domine ab inferno aĩam meam ſaluaſti me a deſcentibus ĩ lacũ.

Ps̃. Ad ueſperũ demorabit̃ fletus ad matutinũ lætitia.

Ps̃. Quæ utilitas ĩ ſãguine meo dũ deſcẽdero ĩ corruptionem.

Conuertiſti plãctũ meũ ĩ gaudium cõcidiſti ſaccũ meũ & circũdediſti me lætitia

Ps̃. Educes me de laqueo quem abſconderũt mihi. quoniam tu es protector meus.

Ps̃. Verbũ iniquũ cõſtituerũt aduerſum me nunqͥ q dormit nõ adiiciet ut reſurgã Tu aũt domine miſerere mei & reſuſcita me & retribuam eis.

Me aũt ꝑꝑ ĩnocẽtiam ſuſcepiſti & confirmaſti in cõſpectu tuo ĩ æternum.

Ps̃. A finibus terræ ad te clamaui dũ anxiaret cor meũ in petra exltaſti me.

Ps̃. Dominus iudicabit fines terræ & dabit imperium regi ſuo & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

Ps̃. Exurge domine deus noſter ĩ præcepto quod mandaſti & ſinagoga populoꝝ circundabit te.

Et ꝑꝑ hãc ĩ altũ regredere dominus iudicabit populos.

Ps̃. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas & conuerſus uiuificaſti me & de abiſſis terræ iterũ reduxiſti me

Ps̃. De cælo auditũ feciſti iudicium tuũ terra tremuit & qeuit.

Cũ ſurgeret ĩ iudicio deus & ſaluos faceret

omnes manſuetos terræ.

Pſ. Nūq̄d mortuus facies mirabilia aut me dici reſuſcitabunt te & cōfitebunt̃ tibi.
Nūquid narrabit aliq̄s ī ſepulchro miſi- cordiam tuam & ueritatē tuā ī p̄ditione.
Nūq̄t cognoſcetur in tenebris mirabilia tua & iuſtitia tua in terra obliuionis.

Pſ. Trāſiuimus p̄ ignē & aquam & eduxiſti nos in refrigerium.

Pſ. Lapidē quē reprobauerūt ædificātes: hic factus eſt caput angeli.

Pſ. Tāq̄ ſpōſus procedens de thalamo ſuo.

Pſ. Leuabo ad cælū manū meam & dicam ui uo ego ī æternum.

Pſ. Vocē meā audi ſm miſicordiam tuā do mine: & ſecūdū iudiciū tuū uiuifica me.
Iudica iudiciū meū & redime me p̄p elo q̄um tuum.
Miſericordiæ tuæ multæ domine ſm iu- diciū tuū uiuifica me.

Pſ. Illumina oculos meos ne quādo obdor- miam ī morte: ne quādo dicat inimicus præualui aduerſus eum.

Pſ. Surge domine ī reqem tuam: & tu archa

ſanctificatōis tuæ.

Ps̃. Domine probaſti me & cognouiſti me tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrexionem meam.

Dinumerabo eos & ſup arena multiplicabunt reſrexi & adhuc ſum tecū.

Ps̃. In pace in idipſū dormiā & reqeſcā. quoniam tu domine ſingularit ī ſpe conſtituiſti me.

Ps̃. Scitote quoniam mirificauit dominus ſanctū ſuū: dominus exaudiet me cū clamauero ad eum.

Ps̃. Q m̄ ī me ſpauit liberabo eū ꝓtegam eū quoniam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me & ego exaudiā eū cum ipſo ſū in tribulatione eripiā eū & glorificabo eum.

Ps̃. Impleat dominus oēs petitōes tuas nunc cognoui: quoniam ſaluū fecit dominus Chriſtū ſuum.

Dominus adiutor meus & protector meus ī ipſo ſpauit cor meū & adiutus ſum.

Et refloruit caro mea & ex uolūtate mea cōfitebor ei.

Exurge gloria mea exurge pſalterium exurgam diluculo.
Exurgat deus & diſſipēt inimici ei9 & fugiāt eū q oderunt eū a facie terræ.
DE TEmpore & hora reſurrectōis dñi.
C.ēas. Venite reuertamur ad dominū: qa ipſe ueniet & ſaluabit nos uiuificabit nos poſt duos dies in die t͂tia ſuſcitabit nos.
Quaſi diluculo p̄parat9 ē egreſſus eius.
Ps̄. Exurge gloria mea exurge pſalteriū meum exurgam diluculo.
DE RESVRrectōe ſāctorꝝ cū domino.
Viuificabit nos poſt duos dies & die tertia ſuſcitabit nos & uiuemus ī cōſpectu eius & ſequemur eū.
DE ASCENSIONE domini.
Iſaias. Intelligite ecce ſ͂uus meus exaltabitur eleuabitur & ſublimis erit.
Idē. Nūc exaltabitur nunc ſublimabitur.
Daniel. Aſpiciebā ī uiſu noctis & ecce ī nubibus cæli quaſi filius hoīs ueniebat & uſq; ad antiqum dierū ꝑuenit & ī cōſpectu eius obtulerūt eum.
Iſaias. Iurauit dominus ueritatē Dauid & non

fraudabit̃ eũ d' fructu uẽtris tui: ponã ſu
p ſedẽ meã & dedit ei poteſtatẽ & regnũ
& oĩs populus tribus & lĩguæ ſuient ei.
Propheta. Reges terræ cãtate deo & pſallite dño q̃a
aſcendit ſup cælos cælorũ ad orientem.
Idẽ. Viſi ſũt greſſus tui deus: ſũt ita ut greſſꝰ
dei noſtri.
Ecce hic ſaliens ſup mõtes trãſiliẽs colles
Amos. Aedificauit ĩ celo aſcenſum ſuum.
Ps̃. Aſcendit dominꝰ ĩ altũ captiuam duxit
captiuitatem dedit dona hominibus.
Ps̃. Iubilate deo & glorificate nomen eiꝰ: q̃a
aſcendit de ptibꝰ orientis dñs ẽ nomẽ illi.
Ps̃. Iubilate deo qui aſcendit ſup tronũ cæli
ad orientem.
Aſcendit dominus ĩ iubilo et dominus ĩ
uoce tubæ. Vidi hoĩem aſcendentem de
Ps̃. corde maris et puenit uſque ad cælum.
Ps̃. Quoniam eleuata ẽ mgnificẽtia tua uſ-
que ad cælos.
Aſcendet dominus ſup cherubin et uo-
labit ſup pennas uentorum.
Semel iuraui ĩ ſcõ meo ſemẽ eius in æter
nũ manebit.

Et tronus eiꝰ ſicut ſol ĩ cõſpectu meo & ſicut luna pfecta ĩ diebus ſuis & teſtis in cælo fidelis.

Ps̄. Dixit dñs dño meo ſede a dextris meis.

Regnauit dominus ſup omnes gentes.

Pſallite deo q aſcendit ſup cælũ cælorum ad orientem.

Qui ponis ĩ nube aſcenſũ q ambulas ſuper pennas uentorũ.

Domine dominus noſter q̃ admirabile eſt nom̃ tuũ ĩ uniuerſa terra.

DE EXALTATIONE domini.

Sapiẽtiæ. Exaltauit illũ apd' pximos ſuos ĩ medio eccleſiæ apuit os ſuũ & ĩpleuit eũ ſpũ ſapiẽtiæ & ĩtellectus ſtolã gloriæ ĩduit eũ iocũditatẽ & exultatõem theſaurizauit ſuper eũ & noĩe æterno hereditauit illũ dominus deus noſter.

Ps̄. Tu aũt domine ſuſceptor meus & gloria mea & exaltans caput meũ.

Ps̄. Domine dominus noſter q̃ admirabile ẽ nomen tuũ ĩ uniuerſa terra.

Ps̄. Quoniã eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos.

Pš. Dominus ps hæreditatis meæ & calicis mei tu es q̃ reſtituis hæreditatẽ meã mi-hi: funes ceciderũt mihi ĩ præclaris &enĩ hæreditas mea præclara eſt mihi.

Pš. Magna gloria eius in ſalutari tuo gloriã & magnũ decorẽ impones ſup eum.

Pš. Sedes tua deus ĩ ſæculũ ſeculi uirga dire ctionis uirga regni tui.

Pš. Accedet homo ad cor altũ & exaltabitur deus.

Pš. Beatus quẽ ellegiſti & aſſũpſiſti hĩtabit ĩ atriis tuis.

Pš Tenuiſti manũ dexteram meam & ĩ uo luntate tua deduxiſti me & cum gloria ſuſcepiſti me.

Pš. Iurauit dominus Dauid ueritatem & ñ fraudabit eũ de fructu uentris tui ponã ſuper ſedem meam.

Pš. Quoniam præueniſti eũ ĩ benedictioni bus dulcedinis: poſuiſti in capite eius co-ronam de lapide precioſo.

Pš. Exaltare domine ĩ ueritate tua cantabi-mus & pſallemus uirtutes tuas.

Pš. Exaltare ſup oẽs cælos deus & ſup omnẽ

terram gloria tua.

Ps̃. Cõuertere animam meã ĩ reqem tuã: qa dominus benefecit mihi.

Ps̃. Qm̃ ĩ me ſperauit liberabo eũ ꝓtegã eũ quoniã cognouit nomen meum.

Clamauit ad me & ego exaudiam eũ cũ ipſo ſũ ĩ tribulatione eripiã eũ & glorifi cabo eum.

Lõgitudine dierum replebo eũ & oſtẽdã illi ſalutare meum.

Ps̃. Regnũ tuũ regnũ oĩum ſæculoꝝ & dñatio tua ĩ omni generatõe & generatõem

Ps̃. Exurge domine deus meus et exaltetur manus tua ne obliuiſcaris pauperẽ.

Ps̃. Cõſtituit eũ dominũ domus ſuæ & prin cipem oĩs poſſeſſionis ſuæ.

Vt erudiret prĩcipes eius ſicut ſemetipſũ & ſenes eius prudẽtiam doceret.

Iſaias. Et uocabitur nomen eius admirabilis cõ ſiliarius: deus fortis pater futuri ſæculi: princeps pacis: multiplicabitur ĩperiũ eiꝰ & paci eius nõ erit finis ſuper ſolium Da uid & ſuper regnum eius ſedebit ut con firmet illud & corroboret ĩ iudicio & iu

ſtitia ãmodo uſq; ĩ ſempiternum.

DE MISSIONE SPIRItus ſancti.

Zaccharias. Effũdam ſup domũ Dauid & ſũp hĩtãtes Iſrael ſpiritũ gratiæ.

Ioel. Poſt hæc effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem & prophetabunt filii ueſtri & filiæ ueſtræ. Iuuenes ueſtri uiſiões uidebũt & Senes ueſtri ſomnia ſomniabunt & ſuper ſeruos meos & ancillas meas ĩ diebus illis effũdam dẽ ſpũ meo.

DE DAMNATIONE IVDE & acceptatione ĩ eius locum.

Ps̃. Fiant dies eius pauci et Epiſcopatũ eius accipiat alter.

Fiant filii eius orphani et uxor eius uidua.

DE DISCIPVLIS MISSIS PER ORBEM.

Ieremias. Ego mittam piſcatores multos dicit dominus et piſcabunt eos.

Idẽ. Et mittam uenatores et uenabunt eos dẽ montibus collibus et cauernis.

Idẽ. Dabo vobis paſtores iuxta cor meum et paſcent vos ſcientia et doctrina.

Ieremias. Veni inquit ut congregarem eos ex om
nib9 gentib9 & līguis ut ueniāt & uideāt
gloriam meam & ponam in eis ſignum
& mittam ex eis ad gentes in maria Afri
cam & Libyam tenentes ſagittam & īſu
las longe ad eos q non audierunt de me
& nō uiderūt gloriam meam.

Ps̃. Nō ſūt loquelæ neq; ſermones: quorum
nō audierūt uoces eorum.

Ps̃. Annūtiauerūt opa dei & facta eius ītel-
lexerunt.

Ps̃. A ſolis ortu uſq; ad occaſū laudabile no
men domini.

Ps̃. In omnē terram exiuit ſonus eorū & in
fines orbis terræ uerba eo℞.

DE CONSERVATIONe diſcipulo℞

Ps̃. Memor eſto cōgregatōis tuæ quam poſ
ſediſti ab initio.

Ps̃. Ego dixi dii eſtis & filii excelſi omnes.

Ps̃. Nolite tangere chriſtos meos & in Pro-
phetis meis nolite malignari.

DE BAPTISmo iuxta mādatū dñi.

Iſaias. Obſtupuerūt ſup te multi glorioſus erit
aſpectus eius inter uiros & forma eius

ĩter filios hominum. Iſte aſperget mul-
tas gentes.

Idẽ. Haurietis aquas ĩ gaudio de piſcinis Sal
uatoris lauamini mundi eſtote.

Ezechiel. Omnes ſitientes venite ad aquas.
Effũdã ſup uos aquã mũdabimini ab oĩ
bus inquinamentis ueſtris.
In die illa ĩqt erit fõs patẽs domui Dauid
& hĩtãtibꝫ ĩ Ieruſalẽ ĩ ablutõe peccatoꝝ

Idẽ. In die illa exibũt aq̃ uiuæ ĩmediũ eoꝝ ad
mare orientale & mediũ eaꝝ ad mare no
uiſſimũ. ĩ die illa erit dominꝫ unus & no
m̃ eiꝫ unũ: & ĩuertet oĩs t̃ra uſqꝫ ad deſtũ

Ezechiæ. Sãctificabo nomen meũ magnũ ut ſciãt
gentes qa ego dominus dũ ſãtificatus fu
ero ĩ uobis corã eis tollam uos de genti-
bus & cõgregabo uos de uniuerſis terris
ĩfũdam ſup uos aquam mũdã & mũdabi
mini ab oĩbus inqnamentis ueſtris & ab
uniuerſis idolis ueſtris mundabo uos.

Ps̃. Aſperges me domine iſopo & mũdabor
lauabis me & ſup niuem dealbabor.

Zacharias. Cõuerti me ad portã domꝫ dñi & ecce aq̃
egrediebãt̃ ſubtus limen domꝫ ad oriẽtẽ

domus aũt reſpiciebat ad occidentem aq̃
aũt deſcẽdebãt ĩ latus tẽpli ad meridiẽ ad
extremum altaris et cõuerti me ad uiam
fõtis portæ exterioris quæ reſpiciebat ad
orientẽ & ecce aq̃ redũdans a latere dex
tro & traduxit me per aq̃s: & ait ad me aq̃
iſtæ q̃ egrediũť orientales & deſcẽdũt ad
plana deſti ĩtrabũt mare & exibũt & ſati
abiť oĩs aĩa uiuẽs quæcunquẽ reſpicit &
quocũq; uenerit totiens.

DE ABOMINATIONE iudeorũ &
ſacrificiũ ſuorum.

Primo. Nõ offeretis uos ſacrificiũ panis: quoniã
panes ueſtri triſtitiæ ſũt & q̃cũq; comede
rit ex eis cõtaminabitur.

Nõ eſt mihi ultra uolũtas ĩ uobis & ſacri
ficiũ nõ accipiam de manibus ueſtris.

Iſaias. Quid mihi ĩ multitudine uictimarũ ur̃a
rũ quid multiplicatis ſacrificiũ mihi de
arietibus et carnem hyrcorũ. Ego enĩ cõ
tempſi ſaguĩem uitulorũ carnes arietũ et
hyrcorũ cum præſtaueritis ea coram me
q̃s recipiet ea a uobis: q̃a odiuit ea ani
ma mea ſi eleuaueritis manus ueſtras ad

me auertã uultũ meũ a uobis ãmodo nõ deturpetis ſanctos meos fruſtra nõ offeretis ultra ſacrificiũ. quoniã ĩcẽſũ ueſtrũ & ſollemnitates ueſtras & ſabbata ueſtra nõ accipiã a uobis: q̃a odiuit ea aĩa mea. Si eleuaueritis manꝰ ueſtras a me auertã uultũ meũ a uobis. Et ſi multiplicaueritis orõnes nõ exaudiã illas. q̃m manus ueſtræ ſãguine plenæ ſũt & õe ſacrificiũ ueſtrũ: ſicut cadauer fetidũ ĩ ĩgreſſu portæ atrii exterioris & q̃ iugulauerit mihi taurũ: ſicut q̃ decolauerit hominẽ ĩ ſacrificiũ hyrcũ: ſicut q̃ obtulerit ſanguinem porci.

Idẽ. Qui imolat bouẽ quaſi q̃ ĩterficit uirũ: qui mactat pecus quaſi q̃ excerebret canẽ: q̃ offert oblatõem quaſi q̃ filiũ offerat q̃ rector quaſi q̃ benedicat ĩ dolo.

Idẽ. Facta ſũt morticinia eoꝝ quaſi in medio platearum.

Ieremias. Quid mihi thus de ſaba offertis & calamum ſuaue electum de terra longinqua holocauſta muta ueſtra non ſunt accepta mihi & uictimæ ueſtræ

nõ placuerũt mihi pp hoc dicit dominꝰ ecce ego dabo populũ iſtũ ĩ ruinã et ruẽt ĩ eis prẽs et filii ſimul uicinus et ꝓximus

DE EXECRATIONE iudeorum.

Iſaias. Cecidit cæcitas ſup Ieruſalẽ quouſqꝫ ĩtrauerit plenitudo gẽtium.

Idẽ. Audientes audient et nõ ĩtelligent: et uidentes uidebũt et nõ cognoſcẽt. ĩcraſſata ſũt eñi corda gentis iſtius.

Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ: et aſinus preſepe domini ſui. populus autẽ meus ñ intellexit me.

Idẽ. Educ foras gẽtem cæcã habentem oculos cæcos et ſurdas aures: et ecce poſt eos omnes gentes cõgregatæ ſũt.

Erit uobis Propheta tanq̃ liber clauſus q̃ tũc dabiť neſciẽti et dicet non ſum ego lector.

Expectaui ut facerent iuſtitiam. fecerũt aũt iniq̃tatem.

Tota die expãdi manus meas ad populũ nõ credentem et cõtradicentem q̃ ambulabat uias nõ bonas.

Auditione audietis & non intelligetis &

cernentes uidebitis & nõ ſcietis ĩcraſſatũ
eſt enĩ cor populi huius

Idẽ. Audite cæli auribus pcipe terra quia do
minus locutus eſt: filios enutriui & non
cognouerũt me.

Audite audientes & nolite ĩtelligere ui-
dete uiſionem & nolite cognoſcere.

Excæca cor populi huius & aures eorum
aggraua & oculos eorum claude ne for-
te uideant oculis ſuis & auribus ſuis au-
diant & corde intelligant & cõuertanť &
ſanem illos.

Q peccare faciebat homines in uerbo &
declinauerũt fruſtra a iuſto.

Prius ad ſyon dices ecce adſũ & uide &
non erit ex illis quiſq̃ q ĩtret cõſilium.

Si nõ credideritis nõ intelligetis.

Ieremias. Miluus cognouit tempus ſuum: turtur
hyrundo & ciconia cuſtodiũt aduẽtum
ſuum. populus autem domini nõ cogno
uit iudicium eius.

Idẽ. Peccatum Iudæ ſcriptum ẽ ſtilo ferreo ĩ
lapide adamantino & extẽſũ ẽ ſup alitudi
nem cordis eorum.

Idē. Audi populus ſtulte ꝗ non habes cor & habētes oculos non uidetis:& aures nō. auditis.

Idē. Audite uocē tubæ & dixerūt non audiemus ꝑꝑ hoc audite gentes.

Idē. Audite hæc populus ſtulte & ſine corde oculi ſunt illis & non uidebūt:aures ſūt illis & non audiēt:an me non timebitis? an faciem meam non formidabitis? qui conſtitui terminum maris arenam imperium æternum & non trāſgredietur illď curuabitur & non poterit ultra : reſonabunt fluctus eius & non trāſgrediētur. Populo aūt huic factū eſt cor inobediēs & incredulum.

Idē. Sicut mutare non poteſt æthyops pellē ſuam:nec pardus uarietates ſuas:ita & ipſi duritiem ſuā.

Idē. Quomodo dicitis ſapiētes ſumus:lex domini nobiſcum eſt:uere confuſi ſunt ſapientes eorum & capti.uerbū enī domini ꝓiecerūt & ſpes nulla eſt eis.

Idē. Quis dabit me in ſolitudine diuerſorū
Ieremias. uiatorum & relīquam populum meum

& recedam ab eis : quia omnes adulteri ſunt cætus præuaricatorum & extendit linguam ſuam: quaſi arqum mēdatii & nō ueritatis.

Daniel. Claude ſermones & ſigna librū & īuolue prophetias.

Idē. Clauſi ſignatiq; ſūt ſermones uſq; ad tēp cōſumatōis quouſq; addiſcāt ultro & impleatur uiſio & cognoſcant oīa.

Ieremias. Holocauſtamata ueſtra addite uictimis ueſtris. comedite carnes: qa non ſū locutus patribus uoſtris & non præcœpi eis diem qua eduxi eum de terra Aegipti de uerbo holocauſtamatum & uictimarum Sed hoc uerbum præcepi eis dicens. Audite uocē meam & ero uobis deus & uos eritis mihi populus & ambulate ī omnia quæ mandaui uobis et bene erit uobis et non audierunt nec inclinauerunt aurē ſuam: ſed abierunt in uoluptatibus ſuis et in prauitate cordis ſui mali.

Ieremias. Scribam inquit multiplices leges meas quæ uelut alienæ computatæ ſunt hoſtias afferent īmolabūt carnes et comedēt

et dominus nõ ſuſcipiet eas.
Non libabunt ĩquit uinum domino nec placebũt ei ſacrificia eorum : quaſi panis lugentium omnes qui comedẽt eum cõtaminabuntur & non intoibunt in domo domini.

Ezechiel. Filii hominis in medio domus exaſperãtis habitantes qui oculos habent ad uidendum & non uident: & aures habent ad audiendũ & nõ audient.

Ioel. Interiit de domo dei ueſtri ſacrificium & libatio.

Ps̃. Filii alieni mentiti ſunt mihi inueterati ſunt & claudicauerunt a ſemitis ſuis.

Ps̃. Obſcurentur oculi eorum ne uideant & dorſum eorũ ſẽp incurua.

DE VLTione iudeoꝝ tẽpore Titi.

Iſaias. Calcaui eos ĩ ira mea & ĩ furore meo cõculcaui eos.

Ps̃. Dies ultionis uenit annus retributionis meæ.

Idẽ. Contere contrictione uaſis ſubtilis ĩ quo

non remaneat pars ad portandum car-
bones ignis nec ad hauriēdū guttā aquæ
Relicta eſt ī urbe ſolitudo & ſibilabit ter
ra eorū ſibilo uſq; in æternum.

Idē. Interficiet te deus iſrael & uocabit ſuos
ſuos nomine alio.

Expectaui ut uinea mea iſraľ daret uuas
& ipſa dedit ſpinas propter quod addu-
cam q destruat illā calcatione.

A quo tranſmigrabo niſi a populo meo
Ruit īquit iſrael & Iudas cōcidit: qa lin-
gua eorū cōtra dominum.

Semen peſſimū præparate filios ueſtros
occiſioni iniqtate parētum ſuorum.

Et erit ad lapidem offenſionis & ad pe-
tram ſcandali duabus domibus iſrael in
laqueum & ruinam habitātibus iſrael.

Vos qui reliquiſtis dominū numerabo
oēs gladio & omnes corde corruetis.

Ecce ſerui mei comedēt & uos eſurietis.

Educ foris populū meū cæcum oculos
habentem & aures ſurdas omnes gen-
tes cōgregatæ ſunt ſimul & collectæ ſūt
tribus.

Domine deus meus es tu & exaltabo te confitebor nomini tuo.quoniam feciſti mirabilia & cogitationes antiquas fideles:quia poſuiſti ciuitatem:tumulum:vrbem fortem in ruinam & domum alienorũ ut non ſit ciuitas & in ſempiternũ nõ hædificetur ſup hoc laudabit te populus fortis ciuitas gẽtiũ robuſta tenebit te

Iſaias. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſup ueſtimenta mea & omnia indumẽta mea coinqnata ſũt dies enĩ ultõis ĩ corde meo & annus retributõis meæ uenit.

Et dimittetur nomen ueſtrum in iuramẽtis electis meis.uos autem ĩterficiet & ſeruos ſuos uocabit nomine alio. In quo q benedictus ẽ ſup terrã benedicet a dño & q iurat ĩ terra iurabit ĩ domino.

Ipſe redemit eos & portauit eos & eleuauit cunctis diebus.ipſi aũt ad iracũdiam prouocauerunt & afflixerunt ſpiritum eius & uerſus eſt eis in inimicum & ipſe debellabit eos.

Quis eſt hic liber repudii matris ueſtræ quo dimiſi eã aut quis eſt creditor meus

cui uendidi uos. ecce enĩ iniqtatibus vr̃is
dimiſi matrem ueſtram. qm̃ ipſa nõ eſt
uxor mea nec ego uir eius.
Terra ueſtra deſta: ciuitates ueſtræ ſuc-
cẽſæ igni regioñẽ ueſtrã ĩ cõſpectu vr̃o
alieni deuorabũt & deſolabuntur ſicut
ĩ uaſtitate hoſtili & derelinqtur filia ſyõ
ſicut umbraculũ in uinea.
Sup uuam inqt populi mei ſpinæ & ue-
pres adheſerunt: quanto magis ſup oẽs
domos gaudii & exultatõnis. domus enĩ
dimiſſa eſt & multitudo vrbis derelicta
trabes & palpitatio factæ ſũt ſup ſpelun-
cas uſq; ĩ æternum.
Dominator dominus auferet a Ieruſalẽ
& iudea iudicem prophetam & priucipẽ
Deſolabitur iſrael & corruet domus ſan-
cta. Fiet terra ueſtra deſerta & ciuitates
ueſtræ ſuccenſæ igni.
Vox dñi reddẽs r̃tributõem ĩimicis ſuis
Vſq; quo domine & dixit quouſq; ſint ci
uitates eorũ deſtæ & maneat domus ſine
habitatore.
Iſaias. Domine deus exaltabo nomen tuũ: qm̃

poſuiſti ciuitatem ĩ tumulũ & domũ ĩ cõ fuſionem ut nõ ſit uſq; ĩ ſẽpiternũ·Cõci pietis errorẽ & patiemini ſpũs ueſter ut ignis uorabit uos.

Erũt campeſtria ĩ caulas gregem & ual lis ager ĩ cubile armentorũ populo meo q·reqſiuit me:& uos q reliqſtis dominũ numerabo uos gladio & omẽs mercede corruetis·

